



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 633. Usque Ad Annum 726

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1760

VD18 90117840

§. 40. Translatio S. Augustini.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66082](http://urn.nbn.de/hbz:466:1-66082)

ci comam nutrientes. Huic Concilio Sæcul. VIII.
non solum Episcopi, sed etiam Presbyte- A.C. 723.
ri quatuordecim & Diaconi quatuor ^{c. 17.}
subscripserunt.

§. XL.

Translatio S. Augustini.

Sub idem tempus, nimirum, ut credi- *Att. SS. Be.*
tur, anno Christi 722. cum ad aures ^{to. 3. p. 437.}
Luitprandi Regis Longobardorum fuis-
set delatum, sepulchrum S. Augustini,
cujus Reliquiæ tempore persecutionis
Vandalicæ translatæ fuerant, a Sarace-
nis tunc in Sardinia dominantibus profa-
nari, rei indignitate commotus, & Petri
Episcopi Ticinensis hortatu impulsus,
Legatos in Sardiniam cum magna auri
argentique vi misit, qui Sanctissimi Viri
Corpus redimerent, & Ticinum, ubi Rex
residebat, afferrent. His mandatis per- *Paul. Diaos.*
fectis, S. Augustini Reliquiæ depositæ *IV. Hist.*
sunt in Ecclesia Monasterii S. Petri, quæ ^{c. 48. 58.}
Regis sumptibus extra urbem ædificata
ab incolis *Cælum aureum* dicebatur. Ve-
rum jam Sæculo sequente a S. Augustino
nomen naœta est. Translationis hujus *Mart. Rom.*
memoria vigesimo octavo Februarii ce- ^{28. Febr.}
lebratur.

§. XLI.

Pelagius Rex Asturiæ.

In Hispania, etsi Musulmanni ubique fer-
me rerum potirentur, in illo tamen

Tt 3 Regno